



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Praxis Iurispatronatus Acquirendi, conseruandiq[ue] illud;
ac amittendi modos breuiter continens**

Viviani, Giuliano


Romae, 1620

Cap. 1. Præsentatio infra quod te[m]pus, & quo loco facienda sit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61772)

LIBER OCTAVVS,

In quo continetur, vbi & qualiter
fieri debeat præsentatio.



CAPVT PRIMVM.

Præsentatio infra quod tempus, & quo loco
facienda sit.

SVMMARIVM.

1 Præsentatio fieri debet du-
rante tempore dato ad præsen-
tandum.

2 Patronus secuta morte Re-
ctoris statim potest præsen-
tare.

3 Honestum est præsentare
post sepulturam Rectoris.

4 Præsentatio fieri potest qua-
cumque hora diei.

5 Et quacumque die.

6 Actus voluntarij quolibet
die fieri possunt.

7 Processus non fit diebus fe-
riatis, quando lis est super be-
neficio in forma indicij.

8 Præsentatio potest fieri de
nocte.

9 Præsentatio est actus volun-
tarius, & extraiudicialis, fie-
riq; potest extra territorium
habentis instituere.

10 Processus extra territorium
habentis instituere fieri ne-
quit si lis sit inter præsentatos.

11 Præsentatio fieri potest in
quocumque loco honesto.

12 Præsentatio si fiat iure col-
legij, facienda est in loco con-
sueto dicti Collegij.

1 **P**ræsentatio facienda † est
intra tempus datum ad
præsentandum, idest eo du-
rante quancumque, vt to-
to tit. de iure patronat. & in
superiori libro pluries dictum
2 est. Et ideo patroni † statim
sequu-

- sequuta morte Rectoris possunt nouū præsentare Rectorem, etiam non sepulto Rectore. Doct. in cap. bonæ il secundo, vbi Innocen. Card. Abb. & alij, de elect. De honestate tamen patroni possent expectare, vt cadauer prius sit traditum sepulturæ, & postea præsentare. ad text. in cap. obeuntibus. distin. 63. & cap. postquam. distin. 50. Et eadem ratione præsentatio possit fieri potest quacumque hora diei, cum in ea de necessitate nõ requiratur, quod celebretur Missa de Spiritu sancto, vt per Lambertin. de iurepatronat. lib. 2. parte secunda, quæst. 2. art. 2. Et ideo præsentatio possit fieri potest quocumq; die etiam feriato, etiã paschali, cum sit quid extraiudiciale, & sapiat spiritualitatem. Dominic. in cap. concertationi de appellat. lib. 6.
- Actus etiam voluntarij omnibus diebus fieri possunt. Hostien. in summa tit. de ferijs. §. quid in his agi debeat. per l. actus. C. de ferijs: & præsentatio est de actibus voluntarijs. vide Rocch. de Curte de iurepatronat. verbo honorificum quæst. 35. num. 66.
- 7 Si autem super beneficio litiget in forma Iudicij, tunc talis processus non fiet diebus feriatis in honorem Dei, cum sit in forma Iudicij. glos. in Clemen. dispendiosam verbo beneficijs de iudic. vide Clem. sæpe, & ibi gloss. de verb. significat. vide Lambert. vbi supra art. 4. Et cum tempus datum ad præsentandum currat de momento ad momentum, potest fieri etiam de nocte talis præsentatio. Lambertin. vbi supra art. 5. & dantur multi casus, in quibus patroni possunt præsentare post lapsum tempus eis concessum, de quibus in præcedenti libro diximus, & breuiter tradit Lambert. art. 5. vbi supra, & per rationes supradictas, quia præsentatio est actus voluntarius, & extraiudicialis. Cardin. & Abb. in cap. nouit. de offic. leg. Potest fieri etiam extra territorium, & Diocesim habentis instituere, vbiunque reperitur is, coram quo fieri debet præsentatio, & etiam institutio. Si autem inter præsentatos sit lis, processus extra territorium habentis instituere fieri non posset; vide Bald. in l.

in l. 3. ff. de offic. proconf. & leg. Cardin. & Abb. in dicto cap. nouit. & Lambertin. vbi
 11 supra art. 6. Et quamuis † electio sit facienda in ecclesia, cap. cum terra. & cap. quod sicut. de elect. vel in alio loco honesto, de consuetudine, nihilominus presentatio fie-

ri potest in ecclesia, & in
 omni loco honesto, in quo reperiatur Episcopus, vel alius habens instituere. Si autem
 12 presentatio † fiat iure Collegij, tunc fieri debet in loco consueto dicti Collegij. Lambertin. vbi supra articulo septimo.

CAPVT SECVNDVM.

Qualiter fieri debeat presentatio à populo, à Collegio, vel à patronis particularibus.

SVMMARIVM.

- 1 Presentatio qualiter fiat quando plures sunt patroni.
- 2 Consensus omnium requiritur, quando aliquid spectat ad omnes.
- 3 Consensus maioris partis quando minori præiudicat, simul expeditur.
- 4 Commune quando aliquid est pluribus vt singulis, consensus separate præstari potest.
- 5 Presentatio si facienda sit nomine collegij, omnes patroni sunt vocandi.
- 6 Alias poterunt agere de Praxis Iurispatron.

contemptu.

- 7 Patroni vt singuli singulariter possunt presentare, & compromittere.
- 8 Patroni sunt vocandi, & valet vocatio etiam si dictum sit ad electionem.
- 9 Patroni quando vt singuli debeant presentare, consuetudo seruetur.
- 10 Modus seruandus in coadunandis patronis.
- 11 Parochiani presentare debentes vocandi sunt, & simul conuenire debent.
- 12 Pisis parochiani patroni conueniunt in ipsa ecclesia vacante.